

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Correctio da  
cum fontibus proximo et primo

Puniendis peccatis tres esse causas existimatum est: una cum adhibetur pena castigandi atque emendandi gracia ut is qui deliquit attentior fiat correctiorque; alia est

cum dignitas eius auctoritasque in quem peccatur tuenda est ne pretermissa animaduersio contemptum eius parcat;

tercia

propter exemplum ut ceteri metu pene  
terreantur.

Agellius libro VII. et ponit Taurus in commento Platonis.

Similiter aggellius libro vii. Vbi ait  
puniendis peccatis tres esse causas existimatum est / vna  
cum adhibetur pena / castigandi atque emendandi gracia /  
vt is qui delinquit attentior fiat correctiorque. Alia est

cum dignitas eius auctoritasque in quem peccator tuenda est /  
ne pretermissa animaduersio contemptum eius pariat.

Tercia

propter exemplum vt metu pene ceteri  
terreantur.

Et has tres scripsit thaurus in primo commentariorum super gorgiam Platonis.

Iohannes Gallensis, *Communiloquium*, 1.9.5  
(Augsburg: A. Sorg, 1475, n.p.).

Poeniendis peccatis tres esse debere causas existimatum est. Vna  
est causa, quae Graece <vel χόλασις> vel νοῦδεσία dicitur,  
cum poena adhibetur castigandi atque emendandi gratia,  
ut is, qui fortuito delinquit, attentior fiat correctiorque.

Altera est, quam hi, qui vocabula ista curiosius diviserunt,  
τιμωρίαν appellant. Ea causa animadvertisendi est,  
cum dignitas auctoritasque eius, in quem est peccatum, tuenda  
est, ne praetermissa animadversio contemptum eius pariat  
et honorem levet; idcircoque id ei vocabulum  
a conservatione honoris factum putant.

Tertia ratio vindicandi est,  
quae παράδειγμα a Graecis nominatur, cum poenitio  
← propter exemplum necessaria est, ut ceteri a similibus peccatis,  
→ quae prohiberi publicitus interest, metu cognitae poenae  
deterreantur....

Has tris ulciscendi rationes et philosophi alii plurifariam et  
noster Taurus in primo commentariorum, quos in Gorgian  
Platonis composit, scriptas reliquit.

Aulus Gellius, *Noctes Atticae*, 7.14.1-5  
(C. Hosius ed., vol.1, pp.298-9, ll.27-31, 1-10, 20-23).